

ALMÆ ACADEMIÆ GISSENÆ

RECTOR

TOTUSQUE SENATUS ACADEMICUS

OMNIBUS OMNIUM FACULTATUM STUDIOSIS S. & F.

DE Doctoribus & Professoribus ordine quadrupartito daturus Petrus Lenanderius, Cadomensis, commendat maximopere Academicarum Scientificos Viros, quorum scientiâ totus illuminetur mundus, qui que fulgeant splendore quasi firmamenti; postmodum Lecturarum onera sublevare jubet Salutariorum assignmente secundum conditionem personarum, huiusmodi beneficiis jungit diligentiam & docentium & discipulorum, inter alia querens, utrum Doctor possit aut debeat legere ad pompam; sentiens, Professoris esse semper in legendo facere commodum suorum Scholarium, non proferre tacenda, vel descendere recere, seipsum & verba sua secundum audientium capacitatem & ingenium coadaptare, scientiâ esse humilem & non arrogantem, & quæ sunt alia ibidem lectu digna, neque infucunda, quale est illud, Scholares quandoque dum eorum Doctor legit, facere castra invariari, & regulas domus enumerare. Quid muneris sit utriusque ex parte, admonere iam non opus est, eius enim rei luculentiora exempla, magno Academia nostra bono magnâque voluptate, præteritorum annorum memoria suppeditabit. Agamus porro, quod egimus ex præcepto D. Pauli, quò unusquisque in eâ vocatione, quæ cuiuslibet incumbit, dignè ambulet. Agant quoque porro Studiosi, ut ex vivâ potissimum voce suorum Doctorum comparant sibi scientiam, & ad ingenium excolendum exercitationes instituant crebras, non enim satis est ingenio esse præditum, accedat oportet & ratio, quæ publica, quæ privata. Quæ autem in instanti hyeme sint futura, nunc intimandum. Legimus apud Macrobiium Nonarum die populares, qui in agro essent, concessissimam urbem, accepturos causas feriarum à Rege sacrorum, sciturosque, quid esset eo mense faciendum. Quis sunt rerum Academicarum, scire eos his inferiis Nonis, Septembribus volumus, hybernis stativis Musas nostras non fore otiosas, nam uti hæcenus negotiose fuerit, sic expansis vultus iterum ad negotia vocant, invitant, compellant. Quæ autem exercisamentorum futurorum summa sit futura, in laterculo hoc accipe & fave.

IN FACULTATE THEOLOGICA.

Petrus Haberfortius Th. D. & Prof. Publ. finitâ felicitate Lectio- nibus publicis & Collegio privato, in hanc hyemem Lectiones Anti-Calvinianas continuabit, Collegium Anq. Holsteianum, de & contra Novatores habebit, & Disputationes publicas contra Jesuitas & Photinianos instituet.

Johann. Nicolaus Müllerus S. Theol. D. ejusdem & Hebr. Ling. Prof. P. Libris Symbolicis absolutis, in Lectionibus publicis tractabit Locos Theologicos per certas questiones, quas tractandi methodo præcipuum præcipuum, in Collegio privato præcipuum ad disputandum reasumet. Collegia Hebraica hæc hactenus habita vel continuabit, vel instituet alia, pro Auditorum placito.

David Christianus S. Th. D. & P. Publicè perget in Anti-Motivâ Catholicâ, demonstraturus, Apostatas ite quâ itur, non quâ eundem. Disputationes Anti-Jesuiticas publicas continuabit, ut & Motivorum, quæ Apostata præterdunt, refutationem porro instituet. Privatim Collegia contra Pontificis & Calviniani aperiet.

IN FACULTATE JURIDICA.

Jesum sine cognomine & d. J. D. Cancellarium & Prof. Primarium, in Jure publico & privato suum faciet.

Gregorius Tilmmerus U. J. D. Censurarius Hasso-Darmstadtum & Prof. Ordinarius, in præcipuum, utilitatemque Legum Libri primi Codicis Justiniani interpretatione, futuro Semestri hyberno, publicè progredietur. Lectiones quoque Juris Canonici, non ita pridem demandatas, bono cum D. o auspiciabitur.

Jacobus Leibus, U. J. D. ejusdem, Prof. Ordinarius, in Lectionibus publicis Juridicis, nobiliores Pandectarum titulos explicabit, eorumque cursum, D. o volente, inter justum temporis spatium absolvet.

Martinus Willert U. J. D. & Prof. Ordinarius, qua in Lectionibus publicis, explicando Institutiones Justinianæ, hæcenus usus, methodo perget. Exercitationibus etiam in Studio Juris commo-

da. Insuper etiam leget in Feudalibus, illa methodo, quâ tractari & explicari communiter amant. In Collegiis privatis aliisque Exercitiis Academicis ut suam potentibus hæcenus satis superque præstitit, ita in posterum offeret operam fidemque.

IN FACULTATE MEDICA.

Johann. Daniel Herffus, Phil. & Medicina D. Prof. & Art. Hasso-Darmstadtum, dum per negotia quàm plurima, quibus Clementissimi Serenissimi Principis iussu in aula detinetur, in Academia publicè profiteri nequit, operam suam nihilominus per consilia Medicæ Collegio Medico & Sæculari Medicinæ requisitæ præstare pollicetur.

Johann. Tackius Phil. & Medicina D. Art. Hasso-Darmstadtum & Medicina Practicæ Prof. publicæ Ordinarius, per hanc hyemem morbos explicabit hyemales, de quibus Hippoc. lib. 1. aphor. 23. & quidem in Lectionibus publicis; privatim verò præcipuum Studiosorum suam pollicetur operam, atque simul in laboribus Chymicis, pe- tentibus informationem.

Georg. Balthasar Weeger Med. D. & Prof. Ordinarius, lectiones Anatomicas continuabit, & quidem in specie, quæ circa significationem occupata sunt, viscerâ explicabit. Datâ etiam occasione publicam Sectionem promittit. Privatim requisitus ullibi deest.

IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

M. Caspar Ebelius, Logica & Metaphysicæ Prof. Ordinarius, publicis Lectionibus explanationes Logicas continuabit; Disputationes Metaphysicas publicas, hæc æstate ceptas, ad finem perducet; & Collegium publicum Logicum addet, de cuius ratione & modo, si Respondentes adfuerint, deliberabitur. Privatim Collegia Logica & Metaphysicæ aperiet, præcipuum disputatoria, pro captu & iudicio D. n. Studiosorum.

M. Johann. Conradus Dieterich, Historiarum & Græcæ Lingvæ Prof. ser. h. s. Academia Rector, ex Breviario historico abs se edito traditum.

tusest partem ultimam, quæ est à Carolo Magno usque ad hodiernum Imperatorem. In Græcâ Novo Testamento philæologiam potiore ostendet.

Jacobus Leibus U. J. D. Civilis Præsentia Prof. Ordinarius, & Academia Syndicus, in Lectionibus Politicis publicis proponet selectiores questiones ex Tacito, easque recentioribus & ad usum maximè facientibus exemplis illustrabit.

David Christianus S. Th. D. & Mathematicæ P. Ord. Publicè per hoc Semestre hybernum Astronomiam præleget, descripturâ & comparaturâ triplex Mundi Systema, Vetus Ptolemæum, & Aberrationis Admirabile Copernici, recens Tychemi Brævi, ubi singularium nervos & imperfectionem monstrabit, & veram mundi Systemam investigabit. Privatim Collegia Astronomica, Geographica, Arithmetica, Astrologica & Ferricaria ad captum & votum Studiosorum aperiet.

Martinus Willert U. J. D. & Prof. Ethicæ Ordinarius, in Lectionibus suis Juridicis Moralibus ad singulas occurrentes materias applicando exponet. Cumque videat studia id Academiâ requirere, Collegium privatim disputatorium aperiet, in quo Ethicæ Legalia proponentur & examinabuntur.

Johann. Tackius Phil. & Med. D. Med. & Eloquentiæ Prof. ordinarius, publicis Lectionibus elementa Oratoria tradere perget; privatim verò sive Curium, sive Barclaji Argendim, pro placito Studiosorum, ad præxim Oratoriam accommodabit.

Georg. Balthasar Weeger D. & Prof. Physicæ Ordinarius, specialem Physicæ partem, eâ, quæ generalem hæcenus fecerit explicatam deducendo, persequetur. Privatim quoque operam sive in lectionibus sive disputatoriis Collegiis experientibus, paratam offert.

M. Johann. Willert Eth. Prof. Extr. cum hæcenus præcepta Ethicæ absolverit, itaque absolutis, axiomata quædam de Constitutione Ethicæ proposuerit, impo- situm bono cum D. o axiomata de Summo Bono &c. publicè subnectet; privatim verò collegia tum lectionis, tum disputatoria ad placitum D. n. Studiosorum aperiet.

Vos omnes rei literariæ Studiosi, qui nobis summo operamini, vota vestra jungite nostris precibus, Deum O. M. catidè veneraturi, velit Academia nostra esse Rector & Prælector, vestros curâ suâ regere, curriculum studiorum dirigere, moderatum & concordem statum concedere, pacem tranquillitatemque, clementer largiri, ut opera nostra Academiâ queant Ecclesiæ & Reipublicæ evadere utiliter maximè, necessaria. Hæc, hæc votis nostris cupiamus, & noster labor non erit inanis in Domino. VALTE. Gissa Non. Septembr. Anno Salutis M. DC. LXX.

GISSÆ, Typis CHEMLINIANIS. ANNO M. DC. LVI.